



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De hominis creatione. 52.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

*Lib. 2.
advers.
Gent.*

cruce superflua tātūm, ac nō
propria, hoc est, humanitatē
diuinitatem, exuerit. Quin
quoq; Arnobij valde probū
est, qui tyrānos ac piorum pe
cutores, iis cōparat, qui hom
in vincula cōiectū aliter nō
se grauibus pœnis afficere po
nisi in ipsum carcerē seqūiāt
tamē certissima est ratio, qu
liberentur. Eodē enim modo
pios dum piis exitium mol
tur, immortalem ipsis beatit
nem quēre.

De hominis creatione.

I Apeto genitore satum mortalibus ignem
Gracia, cum vita, stulta dedisse refert.
Hunc tibi quin capias vanissima gracia falsum
Authorem generis, nil moror ipse, tui.
Credimus at contra, qui nos de puluere terra
Aetheream ad formam struxerit, esse Deum.
Diuinam at flammam in terras non raptor les
Attulit, huius enim sunt bona cuncta Patri

SCHOLIA.

Iapeto genitore) Fabula de homi-
 ne à Prometheo creato, ac cœle-
 sti igne raptō refertur ab Hesio-
 do in eo libro qui inscribitur, o-
 pera & Dies & à Luciano in dia-
 logis Deorū. Quāquidem ego in
 hoc Carmine vt stultā & cōmen-
 titiā reiiciens, aio cum Scriptura
 filium Dei, vt cæterarum omniū
 rerum, sic hominis quoq; opificē
 extitisse. Per ignem autem cœle-
 stē charitatē intelligo. Hic qui p- *Luc. 12.*
 pe ignis est, quē, Luca teste, Chri-
 stus, vt in terram mitteret, venit.
 Atq; hīc, vt antithesi nostrę gra-
 tiæ nonnihil accedat, alludo ad *Phili. 2.*
 id quod scribit Apostolus, Chri-
 stum rapinam arbitratum non
 fuisse, æqualem se Deo esse.

Quām turpe sit gulæ
 deditum esse.